



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Constitue domine legislatorem super eos, ut sciant gentes, quoniam
homines sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Cuiusmodi
uerbis opus sit
tribulatis.

Ita & hic uersus sancta indignatione se suscitatur aduersus eos, qui deum
tum eius, intentat, dicens: Non erit in finem obliuio pauperis. Talibus enim
uerbis opus habent, passi, morientes & afflicti, ne pulillanimes fiant. Scien-
tiam & spem habeamus. Obserua, patientiam dicit. Et hic concedit con-
nem dei, sed negat in finem duraturam, deserit enim nos aliquantum, uolun-
damus, sed non in finem, ne deficiamus.

Patientia pauperum, id est, expectatio afflictorum. Aliud enim nomen pre-
pertatis, hic, quod parte priore habetur, hoc enim, ut supra dictum est, afflictorum
quoque significat, scilicet, paupertatem spiritus, hoc est, qui sine consolatione
sunt. De quibus supra: Non est oblitus clamore pauperum, id est afflictorum.
Ita hic dicit, id quod expectant pauperes (magis enim expectandi quam patienti-
uerbum est) non frustra expectant, Veniens ueniet dominus saluator, quem
expectant. Sic psal. xxxvj, Non dabit in aeternum fluctuationem iusto. Quod
enim differt, non aufert, inquit, hoc loco Hiero, modo sit, qui sufferat. Expo-
ctandum itaque est, non tentandus deus praesentaneo auxilio.

Exurge dñe, nō cōfortetur homo, iudicētur gētes in cōspectu tuo.

Concludit psalmum duobus uersibus orantibus pro ijs, quae superius & sa-
cta & futura cecinit, hoc est, ut impij conuertantur & pereant, cognito iudicio
dei, & augeat populus Christi. Appellat autem eos uocabulo despectu homi-
nis: Non confortetur (inquit) homo, id est, cum sint Enos & uere miserabiles,
ut quid inflantur, erigunturque aduersus sanctos tuos in superbia & abusione,
fidentes in magnitudine potentiae, sapientiae, iustitiae suae. Desinat ergo eorum
robore & infirmentur, nec sinas eos praeualere sanctis tuis in finem: Quin poti-
us increpentur & iudicentur in conspectu tuo, hoc est, cognoscatur eis domi-
nus iudicia faciens, terrore corripiantur & trementes, sua impietate intellecta,
querant humiliter misericordiam tuam.

Iudicari in cō-
spectu dei &
hominum.

Aliud enim est iudicari in conspectu dei, aliud in conspectu hominum. Iu-
diciū dei scrutatur renes & corda, & neminem inuenit innocentem, ideoque
omnes pauefacit & humiliter uehementissime, conuertens peccatores in in-
fernum. At iudiciū hominum natat in superficie carnis & neminem intus
inuenit nocentem, ideoque blāditur & decipit omnes qui confidunt in ipsū.
Sicut Isai. ix. dicit: Et erunt qui beatificantur, praecipitati. Mihi, inquit, j. Cor. iij, pro mini no est, ut a uobis
iudicer, aut ab humano die, nec me ipsum iudico, qui autem me iudicat domi-
nus est. Ideo quando impijs frustra omnia dicuntur, canuntur, geruntur, cum
nec uerbis, nec operibus, nec miraculis cedant, sintque generatio illa adultera,
de quibus Mat. xj, Cecinimus uobis & non saluastis, lamentati sumus & non
planxistis; Solum illud reliquum est, ut pro zelo eis imprecemur, argui in con-
spectu dei, hanc enim increpationem non sustinent.

Constitue domine legislatorem super eos, ut sciant gentes, quo-
niam homines sunt. Sela.

Hieronymus: Pone domine terrorem eis, sciant gentes homines esse se. Ve-
rum hebraeus sic distinguit uersum: Pone domine legislatore (siue terrorem)
eis, scient

IN PSALMVM

eis sciant gentes, homines ipsi. Sela. Dicitio hebraea, ^{מורה} mora, quam noster
 legislatorum. Hiero. terrorem uertit, utrum germane significet, no aulim defi-
 nire. Moa tamen iudicio magis a uerbo docedi, uideretur uenire, unde & thora ^{Pellicanus, a}
 dicitur, quod lege significat. Nam hi qui beatu Aug. secuti Antichristum hoc uerbo ^{מורה}
 loquuntur, aut tyranos intelligunt mihi no satisfaciunt. Videtur enim sensus huius uenire credit.
 uentus alius non esse, nisi qd opat getibus legis senlum aperiri, quasi dicat: Im-
 precatus sum, ut iudicetur gentes in conspectu tuo, qd quo modo intelligam,
 dico, nempe, ut ponas in eis legis uerū intellectu, tūc sine dubio agnosceret se se,
 per legem enim, cognitio peccati. Ro. vii: Et iterum. iiii. Lex ira operatur. Et. j.
 Cor. xvi. Virtus peccati lex. Quod enim impij sine fine superbiunt, alia causa ^{Impiorum su}
 non est, nisi qd legem & uim eius nodum intelligunt, ignorat enim spiritualem ^{perbie causa.}
 & occidit per literam suam omnes homines. De qua re Apostolus ad Ro.
 & Gal. multa, immo omnia tractat. Quae nisi iam plus satis tractata essent, &

vobis nota, hic quoq; latius prosequeremur.
 Vnde ego, Mora, cum sit nomen deriuatiuum significans id quo uelut me-
 dio quispiā eruditur & sciens efficitur, trāsferrem legis possessionem, seu legis
 eruditionem, hoc est, ut legis uim cognoscerent, ad quā mox sequitur, terror
 conscientiae & horror iudicij. Id quod Hiero. transulit. Nō enim legislator ul-
 lum terret, donec lex ipsa recte intelligatur. Tūc sequitur: Sciāt gentes, id est,
 scientes erūt, qui ante legem, peccatum suū ignorabant. Absolutum enim est
 uerbum, qd uersum medium sentētia sua finit, sic: Et scient gētes, id est, posita
 lege erunt eruditi & intelligētes. Sicut Ro. vii. Concupiscētia nesciebā esse
 peccatum. Ego autē sine lege uiuebam aliqñ, cū autē uenit lex, reuixit pecca-
 tum. Atq; id nimirū est, qd toties in prophetis dicitur: Et scietis, quia ego dñs,
 & sciet quia ego dñs, & sciet, qm ego dñs. Quae legis intelligētia hominē in sui
 cognitionem perducit, cogit misericordiā dei intelligere & implorare.

Altera pars uersus: Homines ipsi. Sela. insigni scilicet affectus nota indicat, ^{Quid sit hō.}
 qd sit homo res nihili & miserrima. Quasi dicat: Agāt, quāta possunt, simulent,
 ostentent ualeant, & si quid aliud magnificū de eis dici pōt, tñ homines sunt.
 Es seynd mēschen, id est, Enos & miserabiles. Ac reuera magnū est se homi-
 nem esse cognoscere, id est, Enos, ut hic dicit, quod psal. vii. satis tractauimus. ^{Es seynd}
 Eodem despectu loquitur & Isaias. xxxij. Aegyptus homo, & non deus, & equi ^{mēschen.}
 eorum caro, & non spiritus. Ac Ioan. ij. Iesus non credebat semetipsum eis, eo
 qd ipse nosset omnes, & quia opus ei nō erat, ut quis testimonium perhiberet
 de homine, ipse enim sciebat, quid esset in hoie. Atq; Paulus. j. Cor. iij. Nōne
 carnales? nōne homines estis? Idem cū uerecūde & modeste humanā uanità
 tem depingit, solet dicere, sed m hominē dico. Ro. iij. & sed m hominem am-
 buletis. Adeo scilicet apud deum, nihil reputat homo, ut modestissime quidē,
 sed tñ significantissime rāgat humanā naturā miseriam, quoties nos hominis
 uocabulo signat scriptura, ut Gen. xj. Descendit dñs, ut uideret ciuitatē & tur-
 rim, quam aedificabant filij Adam. Quod orator aliquis uehementior diceret,
 quam aedificabāt, impijssimi, potentissimi, & sceleratissimi hominum. Ita non ^{Hominem ap}
 est nisi contumelia hominem a deo & in scripturis appellari, quia filius Adā, ^{pellari in scri}
 id est, peccatoris, hoc nomine censetur: pro quo uoluit nos alio noie dignari, ^{ptura contu-}
 ut filij dei nominemur, ut. j. Ioā. iij. Et eiusdē. j. Dedit eis potestatem filios dei ^{mēlia est.}
 fieri. Et psal. lxxxj. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.

Igitur, Sela finalis, indicat, qd rarus sit & singularis affectus, qd quis sentit, tum
 seipm, tum alios esse homines, lex tñ facit, ut huius rei sciētes hāt, si dñs surgat
 & ponat intellectu eius, & terrore statuat in cōscientia eorum.

